



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 60. Legatio Ferdinandi ad Galliarum Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

o, aut
eorum
minos
o satis
c enim
et sup-
onem-
? (3)
m an-
fore
Nec
deAr-
filius
i VIII.
amque
n aula
i, qui
e me-
s con-
spon-
lebra-
S. LX.
legere-
onibus
iptore;
æ Le-
i veri-
tationes
litionis
rabat.

§. LX.

Secul. XV.

A. C. 1493.

*Legatio Ferdinandi ad Galliarum
Regem.*

Hac occasione utebatur Ferdinandus, ut conciliata pace Carolum a belli proposito dimoveret. Hanc in rem Parissios Legationem destinat, cuius princeps erat Camillus Pandonus Regi notus multumque acceptus. Hes Oratores instruxit Ferdinandus publicis datæ potestatis literis, quæ tamen non nisi pacta de neptis suæ conjugio complectebantur; interim vero secreta eisdem dedit mandata, quæ solis Briffonueto & Beloquadrensi Præfecto communicarent; præterea Ferdinandus Regi Christianissimo tributum quinquaginta millium aureorum quotannis pendendum obtulit, simulque alias, quascunque vellet, conditiones præscribendi copiam fecit, dummodo pacem concederet; ast Galli timebant Pontificis indignationem, qui Neapolis regnum sibi jam beneficiario jure obstrictum tenebat, & nuperime haud obscura dabat indicia, quod arctiori foedere se se Gallis conjungere meditaretur; hanc ob caussam Regis Coniliarii, quibus Ferdinandi postulata proponebantur, Oratoribus Neapolitanis significabant, ea, quæ peterent, minime concedi

Sæcul. XV. concedi posse ; dato hoc responso nil a.
A.C. 1493. liud agebant, quam ut negotia Scotiam
 decernentia deciderent, postmodum ve-
 ro Neapolitani Regis Oratoribus haud
 dissimulanter declarabant, Gallos omne
 deinceps cum Ferdinando foedus recu-
 saturos ; ut autem his verbis majus fir-
 mitatis pondus adducerent, Legatis ar-
 morum apparatus pro futuro bello ex-
 hibebant.

§. LXI.

*Ferdinandi persugium ad Papam,
 Venetos, & Reges Ca-
 tholicos.*

Neapolis Rex Gallici Senatus senten-
 tiam edoctus, Pontificis opem im-
 plorabat, pollicitus, quod Godefrido Bor-
 giæ ejus filio Calabriæ Ducis filiam no-
 tham nuptui dare, simulque dotis nomi-
 ne adjicere velit Scyllacenum Principa-
 tum, ac decem millium Ducatorum pro-
 ventus unacum armatorum centuria suis
 impensis alenda. Alexander oblatam
 quidem affinitatem æque ac Principatum
 gratum habebat, propositum tamen foedus
 inire recusabat, vicissim Ferdinando quod-
 cunque obsequiorum genus offerens,
 dummodo armorum societas silentio pre-
 meretur. Neapolis Rex hoc Pontificis
 responso parum contentus, ad Veneto-

rum